



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/386384>

T H E S E S
J U R I D I C A E
I N A U G U R A L E S,

Q U A S

SUMMO FAVENTE NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,
CORNELII WILH. DE RHOER,

J. U. D. JUR. CIV. ROM. GENTIUM, HODIERNI,
ET NATURAE, PROFESSOR. ORD.

N E C N O N

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
P R O G R A D U D O C T O R A T U S,
SUMMISQUE IN JURE UTROQUE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES SANDERSON,
T R A J E C T I N U S.

DIE XXVIII MARTII MDCCCL. H. L. Q. S.

TRAJECTI AD RHENUM,
EX OFFICINA OTTON. IOH. VAN PADDENBURG,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT



2298 447 4

T H E

L U R E D I C A E

I N A U G U R A L E S

SUMMO RAVINTE NOMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII WILHELMI DE RILLOIR

ET ALII

MDCCCXXXIII

IN AUSTRIA

IN AUSTRIA

FRANCISCAE AUSTRIACAE

UNIVERSITATIS VIENNAE

IN AUSTRIA

FRANCISCAE AUSTRIACAE

UNIVERSITATIS VIENNAE

IN AUSTRIA

FRANCISCAE AUSTRIACAE


UNIVERSITATIS VIENNAE

IN AUSTRIA





T H E S E S
J U R I D I C A E
I N A U G U R A L E S.



I.

Consensus populorum non demonstrat viam tutam probandi naturales vitae regulas.

II.

Educatio publica ac privata est maxime efficax remedium corrigendi vitia populi.

III.

IV.

III.

Ignorantia futuri homini utilissima est.

IV.

Nulla datur collisio officiorum.

V.

Mors voluntaria non est remedium tutum finiendi vitae caedia, neque homine dignum, nec ordini naturae conveniens.

VI.

Quamvis homo habeat suos instinctus naturales, quos recte sequitur, isti tamen minime jus naturae vel ethicam docere possunt.

VII.

Duella post provocationem et conditionem, sive ob laesio.

tionem veram, sive fictam suscepta, jure naturae damnata sunt; atque merito in civitate, si alteruter occidatur, tamque homicidia plectenda esse arbitror.

VIII.

Unicum consilium matrimonii non esse sobolis procreationem, statuo.

IX.

Collatio non locum habet, si parentes simpliciter donarunt uni liberorum.

X.

Actor regulariter compelli à debitore nequit ut suam instituat actionem.

XI.

Compenfatur quod actor et reus ſibi invicem debent, minime quod a tertio debitum, niſi actio cedatur.

XII.

Reſcriptum moratorium, quod ſaepe, ſi non ſemper, aliquod praecedendum creditoribus afferat, nequaquam, niſi in cauſis pauciſſimis, et earum caute perſpectis circumſtantiis, concedendum eſt.

XIII.

Res debitoris, paucis exceptis, a creditore arreſto detineri poſſunt ad fundandam jurisdictionem, vel ad conſervationem rei.

XIV.

Fidejuſſor, qui ſe obligavit in majorem ſummam quam debitor, tenetur ad concurrentem ſummam.

XV.

XV.

Damnum pertinet ad personam locatoris, si domus incendio sit combusta, et culpa conductoris probari nequeat.

XVI.

Usufructu legato, heredes Usufructuarii, interim mortui, fructibus pendentibus non adipiscuntur tales fructus, sed cedunt lucro domini proprietatis.

XVII.

Mandatario nullum jus competit in mandantem ad id, quod excedit suum mandatum.

XVIII.

Ex pura obligatione, cujus solutio collata est in arbitrium debitoris, non potest agi ante ejus mortem.

XIX.

XIX.

Remedium *Legis 2. Cod. de rescind. vend.* in transactione, bona fide inita, locum non habet, licet quis enormem, quae vocari solet, laesionem sit passus.

XX.

Emtor hereditatis jus accrescendi non habet, sed actione emti contra heredem agere potest, ut sibi restituat, quid quid ex jure accrescendi ad eum pervenerit.

XXI.

Venditor praecise tenetur ad rem tradendam, neque liberatur praestando id, quod interest.

XXII.

Si testator fecerit duo testamenta, et in secundo instituat heredem sub conditione, quae conditio defecerit post

testamentum factum, non est admittendus institutus ex priori
testamento, sed locus erit successioni ab intestato.

XXII.

Beneficiis, in favorem alicujus datis, non tenetur quis
invitus uti.

XXIV.

Cum libertatis civilis in solis legibus fundamentalibus
omne praesidium positum sit, his legibus violatis omne
imperium civile fit despotismus.

XXV.

Liberos, qui sese non immiscent hereditati paternae, con-
stringi non posse ad collationem dotis, quamvis maxime
superet portionem hereditatis, arbitror.

XXVI.

189/99

90 THE SE'S JURIDICAE.

XXVI.

Error in virginitate ipsum matrimonium non reddit nul-
lum, neque rescinditur officio iudicis.

XXVII.

Quod debitor, qui a iudice per errorem absolutus, proin-
de perpetua exceptione rei iudicatae securus factus, deinde
per errorem solvit, non potest repetere tamquam indebi-
tum.

T A N T U M.

IVXX